

Oratio
gubernatricis rei publicae habita
in sessione gubernaculi
abdictione defensoris declarata

Ad liberum hominem, olim collegam nostrum quod attinet, non facile quidem adducor, ut putem omnes in scriptura eius errores nulla habita intentione effectos esse. Longe ab ea sententia meus abest animus. Videor mihi animadvertisse in eo ingenium excellens, ingenium simulandi et dissimulandi.

Ut fatear verum, negari non potest, quin simulatio et dissimulatio saepe hominibus politicis necessaria et in eis summe commendanda sit.

Etenim si gubernator rei publicae apertus sit et simulandi dissimulandi imperitus, omnia illius consilia patescent, quo nihil perniciosus est aut maiori ad res gerendas impedimento.

Qua de causa hanc sententiam vobis – matres patresque conscripti – disci volo: „Qui nescit simulare ac dissimulare, nescit regnare.“ Omnia vobis affatim suppetent, si simulatio et dissimulatio non deerit. Neque quicquam in re publica gerenda turpius est huius artis ignoratione. Quare vos magnam in ea discenda diligentiam adhibere par est. Peto a vobis, hoc consilium meum studiose cogitetis. Nihil facere vobis mihi que utilius potestis. Erit vobis olim iucundum considerare hac in arte progressus vestros. Quod sciam, vulgus vult decipi.

Dixi.